



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

28. An qui emisit votum religionis, satisfaciat, si habitum D. Ioannis assumat? Et an satisfaciat, si Ordinem D. Iacobi suscipiat? Et an dicti Milites D. Ioannis sint verè religiosi? Ex p. 2. tr. 16. ....

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](#)

## Tractatus Quartus

58

Sup. hoc in 2. Infertur primò , absoluè loquendo promitten-  
Ref. præterit. tem ecclasticem Ecclesie satisfacere non dando aureum ,  
ta S. Vnde, & sed argenteum ; inò ego puto non esse necessarium ,  
in tom. 4. ii. Ref. 55. §. 3. vt totus calix sit argenteus, sed satis est si sola superior  
ad lin. 9. cuppa sit argentea ; quia talis calix est etiam diuino  
cultui aptus. Ita Merolla tom. 1. disp. 3. c. 3. n. 109.

Sup. his duo 3. Infertur secundò voventem dare vinum ad vsum  
bus primis sacrificij Missæ , satisfacere non dando optimum , sed  
tertia in tri- decentem pro tali vsum. Item si quis vout dare tritici  
bus eius lin. 9. non determinans , an optimum , vel malum ; in  
primis & in hœc , & similibus euentibus satis est quæcumque qua-  
litas , quæ sententia sufficere ad veram operis promissi-  
tege.

Sup. hoc in 1. Infertur secundò voventem dare panem pauperibus , sufficit non dare ex pro tri-  
Ref. præterit. ta. Vnde in tico , ubi aliud fuerit in vsum & pauperibus vñstat. Ita  
fine , & in & hoc ultimum exemplum dñm esse volo de mente  
Ref. 55. §. 3. Merolla n. 100.  
ad lin. 9.

### RESOL. XXV.

*Quando quis vout virginitatem, dubitet vero, quid in-  
tendit, perpetuam videlicet castitatem, an saltem  
convenienter à primo actu venereo, ad quid teneatur?*  
Ex p. 4. tr. 15. & Misc. 5. Ref. 47.

Sup. hoc in §. 1. **N**on obligari ad perpetuam castitatem , sed  
tom. 4. tr. 3. tantum à primo coitu docet Portel in *dubius*  
Ref. 103. §. Reg. verb. de voto simplici, in *Adit. n. 50*. Et hanc senten-  
vlt. tiam tenet etiam Pater Vidal in *Arca Theol. mor. tr.*  
*de Voto Inquis.* c. m. 3. qui probat hanc sententiam. Pri-  
mò ; quia in dubio voti eligendum est quod est minus ,  
non quod est tutius : Secundò , in dubio censendum est  
votum non esse referatum , vt docet etiam Sanchez in  
*Sum. c. 4. n. 3. in fine* ergo à pari in casu nostro potest  
cogitari , quod votum hi emisimus pro prima tantum  
vice : idem , &c. Tertiò , ex eodem Sanchez , quando  
non memini vouens verborum , intelligitur voluntas  
ligata ad id quod minus est : Idem , &c. Quartò : quia  
verba accipienda sunt in propria significacione , pro-  
priè vero significatur Virgo illa , quæ in primo coitu  
integritatem carnis non amisit. ergo , &c. Quintò : quia  
ex cap. *Ex parte de Censib.* æquitas postulat , vt volun-  
tarie oblata benignius exigantur.

2. Sed ego adhæreo contraria sententia. Dico igitur  
voventem virginitatem perpetuam seruare obligatum  
esse à qualibet venerea delectatione abstinere , etiam si  
semel , vel iterum deliquerit , quia sub nomine virginitatis  
censensus est castitatem promisisse. Qui enim  
virginitatem vout , promittit nullam admisuram de-  
lectationem , quæ integratatem sui corporis , & animæ  
mittere possit. Quod verò illam amiserit per accidens  
est , & obligationem voti non minuit. Secus verò di-  
cendum est si expresse intenderet solum se obligare  
ad vitandum primum actum venereum , & alios ex con-  
sequenti : Sed in casu dubio haec intentio non est præ-  
sumenda : Sic multis relatibus docet Sanchez , lib. 9. de  
*Mart. disp. 33. n. 7. & lib. 4. de Voto, c. 21. n. 21.* Suan. lib.  
4. de Voto, c. 7. n. 5. & 7. Valent. 2. 2. disp. 6. q. 6 punt. 4.  
post medium , vñf. Secundum quod notari debet : quibus  
adde Cast. Palauim , lib. 3. disp. 1. de Voto, punt. 12. n. 7.

### RESOL. XXVI.

*An dubius , virum vouerit castitatem independenter à  
Religione , teneatur illam obseruare? Ex p. 4. tr. 3. Ref. 42.*

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Nauarrus  
lib. 3. consil. de voto , consil. 1. 3. num. 2. quia

in dubio tenetur quis eligere partem tuitorum , &  
putare se obligatum.

2. Verum circa præsens dubium mihi placet opinio  
Sanchez in *summa rom. 1. lib. 4. c. 16. n. 114* sic diflu-  
guentis. Si ita vouens recordetur verborum , sic inter-  
ius , siue exterius prolatorum , judicandum est in dubio  
iuxta communem illorum intellectum ; quare si in eis  
expressa sint castitas & religio , absoluè censetur es-  
titas promissa principaliter , & per se , ac indepen-  
der à Religione , quia cum in dubio intentionis sum-  
vota diuidicanda iuxta communem verborum sensum ,  
haec pars possidebit in hoc dubio ; si vero sola Religio  
expressa sit , & dubitat vouens an se quoque voluerit ad  
castitatem obligare , tunc tenetur ad id quod minus est ,  
& censendum omnino non obligatus ad castitatem quia  
nulla est possessio pro illa , sed tota pro voluntate li-  
bertate. Si vero quamvis sola Religio expressa summe  
minit sua intentionis fuisse se obligare quoque ad ca-  
stitatem , dubitat tamen an dependenter , vel indepen-  
der à Religione , existimo judicandam obligatio-  
nem dependenter à Religione , quia non teneri vu-  
bens sequi semper quod tutius est , & in hoc dubio non  
video possessionem pro voto castitatis independenter  
à Religione , immò potius cum haec dependet , cum  
sola Religio expressa sit , & quando quicquam intendit  
se ad utrumque velle principaliter obligare , solet  
utrumque exprimere. Ita Sanchez , & ego.

### RESOL. XXVII.

*Dubius , an promiserit solum ingredi Religionem , ac  
proficerit , an teneatur ad proficiendum ?  
Et in corpore huias Resolutionis alij res dñs est  
ca hoc deciduntur. Explanantur. Ex p. 4. tr. 3. Ref. 42.*

§. 1. **A**ffirmatiuè responder Nauarrus , Rodriguez , &  
Doctores afferentes absolutè in dubio vo-  
ti amplectendam esse partem tuitorum , ne se infinita  
gendi voti periculo exponat.

2. Verum mihi contraria sententia placet. Dico igitur  
supradictum non teneri pesuereare in Religionem ,  
quia in dubio obligat votum ad id quod minus est  
ita in terminis docet Sanchez in *summa rom. 1. lib. 4. c. 16. n. 86* , qui etiam c. 13. n. 17. optimè docet quod  
quando possesso non stat pro verbis voti , tenetur vu-  
bens in dubio ad id quod minus est : vt , v. g. si quis in  
certus est se promisso castitatem aut temporalem , aut  
perpetuam , & est omnino verborum immunitus , sed  
tantum certus est se alteram promisse , ad solam tem-  
poralem , que minus est , tenetur. Similiter si quis im-  
memor omnino verborum voti dubitat promisso  
omni modum castitatem , an conjugalem solam , tenetur  
ad hanc quæ minor est. Similiter si quis est certus se  
vouisse castitatem , aut Religionem , vel inter duas Re-  
ligiones , an restrictiore , aut minus strictam , dubitan-  
torem utram harum partium vouerit , tenetur ad mit-  
tem ; quicquid asserat Azorius *rom. lib. 11. c. 1. p. 9* &  
& Rodriguez cum Nauarro.

### RESOL. XXVIII.

*An qui emisit votum Religionis , satisfaciat , si habuit  
D. Iohannis assumpt ?  
Et an satisfaciat si ordinem D. Iacobi , suscipiat ?  
Et an dicti Milites D. Iohannis sibi vñr Religio ? Ex  
p. 2. tr. 16. & Misc. 2. Ref. 36. alias 3.*

§. 1. **P**rima facie videtur respondendum negari  
non quia dicti milites non sunt vere Religiose

# De Voto, & Iurament. Ref. XXIX. &c. 59

vbi falso docuerunt Iacobus de Graffis tom. 1. lib. 3. conf. 11. num. 14. de regular. Gonzalez in reg. 8. Cancell. 7. t. 11. & in larg. gloss. 8. n. 57. & 65. Mandosius etiam in reg. 3. Canc. 9. 11. n. 3. Sarmiento de redd. Eccl. lib. 4. q. 1. num. 13. Cabedo de patr. reg. Cor. cap. 15. n. 16. & 18. Tallada de sibi. carcer. cap. 1. 1. & 4. num. 13. & facit Abbas in rubr. de reg. 6. num. 4. Sylvest. verb. Relig. 1. quæst. 1. verb. ter. sum Hospitalarij, cum Soto du inf. lib. 7. onqst. 5. art. 3. Sed quia regulariter ille, qui voulit Religionem, intendit statum viuentium in communi, & alienum à tumultu, pompis, ac viris secularibus. Et ita docent Portel in addit. ad dubia regul. ver. Religiosus, num. 4. Sanchez in sum. om. 1. lib. 4. cap. 16. n. 12. Corduba in summa quæst. 148. Barth. a. Fausto in thes. relig. lib. 1. quæst. 187. num. 3. Zecchius vbi infra, cum aliis. Hæc sententia est probabilis.

2. Sed contraria non minus probabilem esse putant, qui tuentur Aragon. in 2. 2. quæst. 88. art. 11. Rodriguez part. 2. cap. 97. num. 8. & ex Societate Iesu Azor. tom. 1. lib. 13. cap. 4. quæst. 4. & post illos Fernandez in exam. Theol. mor. part. 3. cap. 9. secl. 11. §. 18. num. 10. Regius in reol. casum conscientie, cas. 53. num. 15. & ex Dominicanorum familia Hieronymus Cenedo de pauperate Religiosa, dub. 10. num. 6. qui omnes afflent, quod si quis faciat votum Religionem, optimè satisfaciat voto, si Religionem Equitum D. Ioannis in tom. 2. ingrediatur, nisi alius cum voenter exprefterit; quia dicti Equites sunt vere, absolute, & simpliciter Religiosi, & more aliorum Religiorum tria solemnia vota emittunt, sub regula ab Gelasio II. & Honorio IX. approbata, & in ipsis Bullis Pontificiis absolutè Religiosi appellantur. Et ideo hanc sententiam probabilem etiam vocavit Vecchius in praxi Nouiarum disp. 10. dub. 2. num. 4. & Barthol. a Fausto vbi supra. Nam contraria, quam ipsi tuentur, vocant tantum probabilem, & a fortiori, docet etiam nostram sententiam Basili. Pontius tract. de impedim. maritim. cas. 27. q. 2. §. 4. vbi existimat votum de fuscipienda Religione satis aliquem adimplere, si ordinem, labi, fuscipiat, & profiteatur in illo, ex confirmatione Alexandri III. quia in stabilitatibus eiusdem ordinis præmititur, & non ex aliis litteris Pontificiis, quibus ea votorum professo, sub qua eum ordinem confirmauerat Alexander III. immutata aliqua ex parte sit. Et hæc opinio est valde notanda, quia est noua, & a viro sapientissimo emanata.

## RESOL. XXIX.

An vounus Religionem absoluere, nil de excundi libertate determinando, satisfaciat ingrediens, & postea exiens?

Et docetur, que causa sit legitima egrediendi à Religionem, an si sufficiens sola Religionis disiplinencia, & inuenire eam non gratam, & commodam sibi?

Et an satisfaciat voto, si ingrediatur Religionem, si postea culpa sua expellatur? Ex part. 4. tract. 4. & Mif. Ref. 25.

Negatiū respondet Caietanus in 2. 2. quæst. 1. art. 4. dub. 3. Aragonius in 2. 2. quæst. 88. ex doctrina art. 3. circa solutionem ad 2. Valent. tom. 3. disp. 6. quæst. 10. §. 1. in 6. punt. 4. quæstion. 4. ver. unde restat Ledesma in principio §. summa tom. 2. tract. 10. cap. 3. dub. 7. cas. 4. Sotus de sibi. lib. 7. quæst. 1. art. 1. ad 3. & alij afferentes talem non satisfacere voto retrocedendo ex sola libertate etiam. Verum, Nonitius iure concessa, sed exigui iustam recedendi causam; & ideo si omnia in Religione grata inueniat, certi sub mortali perseuerare, & si exeat teneri iterum ingredi. Vnde hoc est discrimen inter ingredientem Religionem cum voto, & absque illo, quod ille mors.

taliter peccet, exequenda absque legitima causa; hic autem peccat venialiter. Et ratio huius opinionis est, quia materia huius voti est id, quod communiter intendunt Religionem ingrediens: at hi intendunt perseuerare inueniente omnia grata; ergo materia huius voti est ingrediendi & perseverandi in eo cau: ergo tunc non perseverando minime impletur.

2. Non defundit tamen his non obstantibus affirmatiuum sententiam docentes, & ita ex veteribus docet Henricus de Gaudano quodlib. 1. quæst. 19. & quodlib. 13. quæst. 15. & ex recentioribus alter Ledesma in 4. distinq. 3. disp. 1. post 12. conclus. & sapientissimas senex Nauarri lib. 3. consil. tit. de poto in 1. edit consil. 19. & in 2. edit. consil. 25. per totum, mordicus sustinet hanc sententiam, quia votum ingressus Religionis intelligitur ad experiendum eo modo, quo in iure statutum est, sed annis probationis iure conceditur, vt Nonitius Religionem experietur cum omnimoda exequendi libertate, cap. 1. & 2. de Regular. in 6. ergo cum eadem libertate id votum intelligitur. Confirmatur hæc sententia ex alia doctrina Caietani in 2. 2. quæst. 1. art. 4. dub. 3. Armillæ ver. Nonitius. n. 10. Coquaruviæ de partis 1. part. §. 3. a. fine. Nauarri in manuali cap. 10. n. 47. & aliorum afferentium causam legitimam egrediendi è Religione esse solam Religionis disiplinencia, & inuenire eam non gratam & commodam sibi; sed autores negantur sententia sano modo intelligent hos Doctores, cùlicer non de disciplinia omni libera, sed cùm passione, anxietate, tristitiaque animi, sive ea oritur ex naturali aliqua causa, sive ex demonis tentatione, dummodo tempore notabili dures, ut integrè mente, & conatu ille expellere nequeat; atque tanta posset repente anxietas animo Nonitij superuenire, statim fulcepto habitu, ut rationabiliter crederet fore vt non posset Religionem tolerare, & sic iustum excundi cauam haberet. Ita Sanchez in summa. 1. lib. 4. c. 16. n. 100.

3. Sed quærendum est hic obiter, an quis censetur satisfacere voto, si ingrediatur Religionem, verum culpa sua postea expellatur? Affirmatiue respondeat Azorius part. 1. lib. 11. cap. 22. ou. 9. in fine. quia id votum ad solum ingressum bona fide obligat; sed hoc a votante adimpleret fuit; ergo voto satisfecit. Sed contraria sententiam tenet Toletus in summa. lib. 4. cap. 17. num. 12. & cap. 18. num. 2. quia ille cuius culpa conditio non impletur, tenetur perinde ac si conditio impleta esset; sed in voto Religionis intelligitur conditio, si hic in Religione retineatur: ergo sua culpa non retentus manet perinde obligatus, ac si ingressus non fuisset, & ac si dimisus non esset, & ideo hæc opinio est probabilior.

4. Nota vero quod in uno casu opinio affirmativa Azorij apud me certa esset, scilicet quando talis mediocrem diligentiam adhibuit ad culpas suas corrigendas, & ad se Religionis instituto accommodandum, & ex infirmitate, prauisque habitibus, aut ex præv. indole, qua prædictus erat, non se ad Religionis instituta accommodavit, aut in eas culpas lapsus est; in tali, inquam, casu certum est etiam si talis expellatur à Religione proper suos defectus, & ex sua culpa, voto satisfecisse, nec ad aliquid amplius faciendum astricatum esse.

## RESOL. XXX.

Quidam adolescentes fecit votum non solum ingrediendi Religionem, sed etiam proficiebant quædam Religionem, sed temore Nonitius deprehendit eam sibi propter vitæ asperitatem, non esse accommodam, an stante voto profendi, possit egredi? Ex p. 2. 11. 17. & Mif. 3. Ref. 10. §. 1. Cer.